AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh.
Seite 27v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non solū mutabilem · uerū
etiā uisibilem eē putauer̄ ·
hii enim multū crassū cor
diuinis reb; inquirendis
audacius · quā religiosius
attulerunt · Anima qppe
cum sit substantia spālis ·
cūq; etiam ipsa facta sit · nec
p alium fieri potuerit · nisi
p quem facta sunt oīa · et
sine quo factum ē nichil ·
quam uis mutabilis sit · n̄ ē
tam uisibilis · quod illi de
uerbo ipso · atq; ipsa dei
sapientia · p quem facta ē
anima crediderunt · Cū sit
illa n̄ inuisibilis tantum
qđ et anima ē · sed etiā qđ
incommutabilis anima n̄ ē ·
Eadem quippe incōmu-
-tabilitas eius cōmemorata ē ·
ut diceretur in se ipsa ma-
-nens innouat omīa · Et isti
quidem ruinā erroris sui · di-
uinarū scripturarū testimo-
-niis · quasi fulcire conantes ·
adhibent pauli apli senten-
-tiam qđ dictum ē · ut dic-
-tum ē de uno solo dō · in quo
ipsa trinitas intellegit̄ · tantū
de patre · n̄ et de filio · et spū scō
dictum accipiunt · Regi aut̄
sctorū inmortali soli dō in
uisibili · honor et gl̄a in scta
sctoꝝ · Et illud alterū · Beat⁹
et solus potens · rex regum ·
et dn̄s dn̄antium · q solus
habet inmortalitatē · et
lucem habitat ī accessibilē ·
quem nemo hom̄ uidit ·
nec uidē potest ;; De his
quolt̄ filiū an̄ carnis assūp-
tionem · fuisse mortalē · ut solū pat̄
inmortalitatē habē credat̄ ·

h Hec quē admodū
intellegenda sint · iam
satis nos disseruisse arbitror ·
Uerum illi qui ista non de
filio · nec de spū scō · sed tan-
-tū de patre accipi uolunt ·
dicunt uisibilē filiū · non
p carnē de uirgine assūptā ·
sed etiam antea p se ipsum ·
Nam ipse inquunt appa-
-ruit oculis patrum · quib;
si dixeris · quomō ergo mor-
-talis p se ipsum · ut constet
uobis · quod tantūmodo
de patre uultis intellegi ·
qđ dictum ē · Qui solus
habet inmortalitatē · Nā
si propt̄ carnē susceptam
mortalis ē filius · propter
hanc sinite ut sit et uisibilis ·
Respondent · nec ppt̄ hanc
se mortalē filium dicere · sed